UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

S[e]c[und]a, an liceat clericis a sua ecclesia ad alia[m] tra[n]sire? Sol. no[n]: sine l[ite]ris vel licentia sui prelati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

Non enim poteſt vtriq; preſidere tanq̄ titulate: ſz vni tanq̄ commendate, alteri vero tanq̄ titulate preeſſe valet.

Queſtio .ij.

Qui vero[a] relicta ſua eccleſia ad aliam trāſire voluerit, nequaq̄ ſine dimiſſorijs literis ſui epiſcopi ſuſcipiatur.

Unde in .vij. ſynodo legitur.

Sine dimiſſorijs lr̄is in aliena eccl'ia clericus non ordinet.

Quoniā diuerſarū eccleſiarū clerici ſuas in quibus ordinati ſunt eccleſias relinquētes, ad alios concurrūt ep̄os: et ignorāte ep̄o proprio in alienis conſtituuntur eccleſijs, vbi contingit eos ſine ſui examinatiōe permanere: precipim⁹ ammodo vt nullus clericoꝝ oīno in quocunq; gradu ſit, licētiam habeat ſine dimiſſorijs[b] lr̄is ſui ep̄i[c] in altera conſtitui eccleſia. Qui vero hoc ammodo non obſeruauerit: ad opprobrium[d] eius qui ordinauerit eū, deponatur, tam ipſe, q̄ q̄ eū ſine ratione ſuſceperit.

Item ex conci. Hiſpalenſi.

Ad aliā eccleſiā trāſire clerico nō licet ſi ꝓprijs miniſterijs ſua fuerit deſtituta.

Placuit vt ſi quis clericus miniſterijs eccleſie proprie deſtitutis ad aliā trāſitū fecerit: cōpellente ad quem confugerit ſacerdote ad eccleſiam quā prius incoluerat reuertatur. Qui vero eum ſuſceperit, nec ſine vllo ſtatim niſu exceptionis[e] ad propriam eccleſiam remittendum elegerit: quādiu eum reſtituat[f], communione ſe priuatum cognoſcat. deſertorē autē clericū cingulo[g] honoris atq; ordinis ſui exutum aliquo tempore monaſterio relegari cōuenit: ſicq; poſtea in miniſterium eccleſiaſtici ordinis reuocari[h]. Nam non poterit in talibus ꝓpagationis[i] aboleri licentia[k], niſi fuerit in eis per correctionē diſciplineſubſecuta correctio.

Obijcitur autem illud Calcedo. concil.

Nihil commune habeat cū eccleſia priori q̄ de vna ad aliā tranſlatus eſt.

confirmaſſet eum in ſcd̄o epiſcopatu, vacaret prim⁹. extra de electio. cum in cunctis. ȷ.e.q.ij. ſi quis iam tranſlatus. ſecus tamen in alijs beneficijs eſt. nā ibi in recipiendo vnum non videtur renunciare alij. extra de teſta. officij. Nam etſi vxor recipit ſibi aliquod legatum a viro, non ideo renunciat doti. C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. ſciendum. Jo. de fan.

Ubi ſ hoc z.j. e.q. ij. ſi qs iam. ibi videas.

Nō enim. ¶ Caſus. Iſte §. loquitur ſcd̄m opinionem illorū qui dicebant q̄ hoc cap. relatio, intelligitur de eo q̄ habet vnam eccleſiam intitulatā, et aliā commendatā. vel reſpicit ca. illd̄. ȝ.e. qui plures.

Qui vero relicta. Hec q̄ſtio diuidit in quatuor partes. In p̄ma probatur q̄ nemo ſine literis commendatitijs epiſcopi ſui poteſt tranſire ad aliā eccleſiā. et hoc ꝓbat per capi. ſeq. Scd̄a ibi: Si qs iam. Tertia ibi: Sicut autem. Quarta ibi: Cōducititijs. Jo. de fan.

Caſus. Hec eſt ſecunda queſtio, in qua queritur ſi clericus ſuam eccleſiam relinquere velit, an poſſit ad aliā tranſire ſine literis dimiſſorijs ſui epiſcopi? Et reſpōdetur q̄ non, niſi velit ad religionez tranſire: vt ſupra xix. q. ij. due. alioquin poterit reuocari: vt. ȷ.e.q. placuit.

a ¶ Qui vero. Hec queſtio terminatur. lxxj. diſ. c. j. ij. et iij. Sed quid ſi quis epiſcopus receperit clericū alienū? De hoc varie pene ſtatuunt. Quidam canones dicunt vtrūq; eſſe excōmunicandū quouſq; clericus reuertat: vt. lxxj. diſt. clericos. Sed dicit hic in cap. j. q̄ vterq; ſit deponendus. In ſecundo cap. dicitur q̄ eſt remouēdus ad tempus ab officio. Unde cum diuerſe pene ſint ſtatute, iudex poteſt infligere quam magis viderit expedire. extra vt lit. non conteſt. quoniam. §. ſi vero. extra de offi. deleg. de cauſis. Jo. de fan.

Ep̄s de clericū alienū recipiēs eſt puniendus.

Quoniā diuerſarū. ¶ Caſus. Relatū fuit in ſeptima ſynodo q̄ clerici quidam ſuis epiſcopis ignorantibus in alienis eccleſijs inſtituebantur: quare ſexta ſynodus ſtatuit vt hoc decetero non fiat ſine literis dimiſſorijs ſui epiſcopi. ſi vero contra factum fuerit, epiſcopus & clericus deponantur.

b ¶ Dimiſſorijs. Patet enim q̄ non ſufficit in tali tranſlatione tacitus conſenſus epiſcopi: vt. lxxj. diſtin. ca. j. ſed ſolennis actus. ſic. C. de eman. l. iij. Sed ſi ad eccleſiam eiuſdem epiſcopatus trāſiret, ſufficeret nudus & tacit⁹ conſenſus, quia tacitus conſenſus diſſoluit matrimonium carnale: vt. xxxiij. q. v. qui vxorē. Et eſt ratio quare a priori erit abſolutus: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire: vt. ȝ.e. q. j. ca. j. Sed ſi aliquis haberet prebendas in diuerſis ep̄atib⁹, q̄b vtroq; poſſet iudicari & ordinari. Et ſic vnus epiſcop⁹ poſſet ordinare clericum alteri⁹: quod eſſe nō debet: & ita ſequeretur impoſſibilitas iuris.

Beneficiat⁹ in dioceſib⁹ duorū ep̄orum ab vtroq; iudicat.

c ¶ Sui ep̄i. Sufficit habere literas ſolius ep̄i vbi ep̄s notus eſt: ſed in remotis ep̄is requirūtur quinq; ſigilla: vt extra de cleri. peregri. ca. j.

Sub. vel repugnātia: vt no. lxx. diſ. ſctōrū. & ca q̄ p̄miſſa ſunt fuerūt etiā verba hu. q̄ & hoc plene not. ȝ.e.q.j. in p̄n.

d ¶ Ad opprobriū. Eadem pena ſtatuitur cum ep̄s inſtituit aliquē inuit̄ patronis. xvj. q. vij. decernim⁹.

Placuit. ¶ Caſus. Statutum fuit in concilio Hiſpalēſi, vt ſi aliquis cleric⁹ ad alienum epiſcopū ꝯfugerit, ſtatim epiſcopus ad quē confugit, ad priorem eccleſiam eum remittat, et donec ꝓprie eccleſie eū nō reſtituat, ſciat ſe communione priuatū: cleric⁹ vero ab executiōe ſui officij remotus per aliquod tempus in monaſterium relegetur, et poſtea ad eccleſiaſticum miniſteriū poterit reuocari. Propagationis. i. ꝓmotionis ad maiores ordines, vel reſtitutionis ad eoſdem. Aboriri. i. naſci niſi fuerit &c. aliter eſt in litera aboleri. i. deleri & diſtingui. Et ſecundum hoc dicit licentia. i. impunitas propagationis. i. peruagationis: vel huius male conſuetudinis que propagatur, niſi corrigatur.

e ¶ Exceptionis. i. excuſationis.

f ¶ Reſtituat. Et ſic poteſt peti reſtitutio clericoꝝ.

g ¶ Cingulo. in executione. nō eñi deponit, vt ſequit.

h ¶ Reuocari. ipſo iure, ſicut ille cui ad tempus interdictum eſt poſtulare. ff. de poſtu. imperatores.

i ¶ Propagationis. Propagatur enim vitiū per malū exemplum. xj. q. iij. precipue.

k ¶ Licentia. id eſt impunitas.

¶ Obijcitur. ¶ Caſus. Supra oſtēſum eſt q̄ ad aliam eccleſiam tranſiens reuocatur. Nunc vero probat Gra. contra: & ad hoc inducit ſequens ca.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si qs iam. hec eſt ſcd̄a pars.q.ſm Jo.de fan. ¶ Caſus. Quidam clerici poſtq̄ tranſlati erant de ſuis eccleſijs ad alienas, volebant prioribus preſidere ſicut prius. ſtatutū eſt ergo in concilio Calcedonen̄. vt hoc de cetero non fiat: cū nil poſtea habeant cōmune cum prioribus vel eccleſijs vel domibus ſub eis cōſtitutis. et ſi quis cōtra fecerit: deponatur. Negocijs.i.in cauſis vel rebus eoꝝ: ſcilicet martyriorum, parochiarū, xenodochiorum.

ij.ps.

SI quis iam trāſlatus[a] eſt ab vna eccl̄ia ī aliā, nihil habeat cōmune cū priori ſiue ſub eccleſia[b] cōſtitutis martyrib⁹, ſiue in parochijs, ſiue xenodochijs, aut eoꝝ negocijs. Eos vero q̄ auſi fuerint poſt ordinationē huius magne ⁊ vniuerſalis ſynodi agere que prohibita ſunt: ſtatuit ſancta ſynodus cadere de proprio gradu. ¶ Aliud eſt trāſferri, atq; aliud ꝓpria temeritate tranſire. illud apoſtolica authoritate fieri licet: hoc vero oībus modis prohibetur.

Sicut autem duabus eccleſijs vnus preponi non debet, ita nec vna eccleſia inter plures diuidi valet. Unde in Remenſi concilio legitur.

iij.ps.

¶ Una eccleſia duobus ſacerdotibus diuidi non poteſt.

SIcut in vnaquaq; eccleſia vnus preſbyter debet eſſe: ita ipſa que ſponſa, vel vxor eius dicitur, non poteſt[c] diuidi inter plures epiſcoporum.

Beneficiatus trāſiēs de vna eccleſia in aliaz an ſtatim perdat primā.

a ¶ Tranſlatus. Trāſlatū eū intelligo cū eſt ꝯfirmatus et adept⁹ poſſeſſionem vt extra de elect.cū in cunctis.ſed ꝓpter ſolam confirmationē nō ꝑdit ius qḋ habuit in priori eccleſia, niſi adeptus ſit poſſeſſionem: vt.xcij.di.ſi qui epi. Et intellige quando eſt tranſlatus de authoritate epi ſui: ⁊ in eo caſu pōt intelligi extra de conceſ.preben.et ec.non va.literas. ⁊ extra de preben.de multa. alioquin ſi ſine licentia epiſcopi tranſit: non ipſo iure: vacat prior eccleſia immo prior eps pōt eū repetere: vt.vij.q.j.non oportet.et.c.ſi q̄ vero. Uel dic q vacat quātum ad ipſum. Joan. Ego credo q prior eccleſia eum poſſit repetere: cū eo ſit ſpoliata: vt extra de reſti.ſpo.per totum. B. Item ſi aliquis recepit beneficium ſimplex in alia eccleſia: nō ideo perdit priorē eccleſiā vel prebēdam: dūmodo nō ſumat illam pro titulo. Poſſunt enim canonici dare ſimplex beneficiū non canonico. vt extra de magiſ.q̄ nonnullis. et xvj.qō.j.poſſeſſiones. Sed nunquid epi poſſunt diſpenſare circa pluralitatē beneficioꝝ: cum dicat̄ in illa conſtitutione de multa q per ſedem ap̄licam poteſt diſpenſari? Et ꝓbo q poſſunt: q̄ a canone permittit̄ eis diſpenſatio.lxxj.diſt.ſanctorū. et ſicut habet papa poteſtatem circa ep̄atus: ſic epi circa eccleſias. extra de exceſſi.prelato.ſicut vnire. Item quia legiſlator ſibi non ſeruauit ſpecialiter diſpenſationem cum dixit romanum pontificem poſſe diſpēſare: ergo alijs permiſit. vt extra de ſenten.excommuni.nuper. non enim dicitur in conſtitutione ſolum papam poſſe diſpenſare. ſed aliud eſt dicere ſolum papam: et aliud papā: vt extra de teſta.requiſiſti. Non enim credendum eſt papam velle iura aliorum diminuere. vt.xcix.diſtin.ecce.et.c.nullus. Et quicquid facit: intelligendum eſt ſine preiudicio aliorum epiſcoporum facere: vt.ix.q.iij. nunc vero.C.de eman.nec auus. nec inde naſci debet iniuriarum occaſio. vnde iura prodierunt: vt extra de accu.qualiter.et.C.vnde vi meminerint. Nec dicitur in cōſtitutione q romanus pontifex debet diſpenſare: ſed q poteſt diſpenſare. Sed per hoc verbum poteſt, non imponitur neceſſitas.ff.de offi.preſi.ſepe.et.l.ſequen. ⁊ licet de Romana ſede dicatur: non ideo excluditur de alijs: argu.ij.qō.vj.ad romanam. Et niſi expreſſe corrigatur: vetus ius manebit ſimul cum nouo: vt.C.de appel.precipimus.in fine.et quotiens noua actio vel nouum ius indulgetur: vetus non tollitur, niſi hoc expreſſe dicatur.ff.de actio.et obliga.quotiens. et.xxxv.qō.iij.de inceſtis.in fi.et adde rationes quas dixi.lxx.diſtin.ſanctorum. Econtra videtur q non poſſunt quia etiam iure antiquo priuabatur epiſcopus iure dandi plura beneficia. Uel ex gratia quadam poterat ille qui habuit plures eccleſias, eligere vnam quam volebat. extra de preben.quia.et.c.referente. Item cum hic papa tantum exprimatur, ergo alij non poſſunt.xcv.diſtinctio.illud. nam quod de vno dicit̄ de alio negat̄.xxiij.q.iiij.forte.xxv.diſtinc.qualis, ſic argumentatur Innocentius extra de his que fi.a prela.cum apoſtolica. et ca.tua.et que titio nubere iubet̄: omnibus alijs nubere ꝓhibetur.ff.de condi.et demon.cū ita. Ad hoc poteſt dici q ſolus papa poteſt diſpenſare, q aliquis ſit intitulat⁹ in diuerſis eccleſijs diuerſorū epiſcoporum. Nam in hoc caſu videtur ſequi impoſſibilitas iuris: quia qua ratione debet recipere ordines ab vno: et ab alio: et ſtare mandato vnius et alterius: cum tamen mandata illorum poſſent eſſe contraria: et ille iurauit obedire vtriſq;. Item quia nemo debet ordinare clericum alterius dioceſis vel recipere ſine dimiſſorijs literis per quas ſit abſolutus a priori. Et quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire: hanc impoſſibilitatem iuris ſolus papa poteſt temperare. Uel facias vim in eo quod dicit maioribus. † vt ſolus papa poſſit diſpenſare de maioribus, epiſcopi autem de minoribus. Item in eo fac vim cum dicit. cum ratio poſtulat, id eſt talis eſt caſus q epiſcopus non poteſt diſpenſare. Item non dico eum ſtatim priuatum priori eccleſia: niſi quando de licentia epiſcopi tranſit. hoc enim non poteſt fieri ſine dimiſſorijs literis.ſ̄.eo.quoniam. Nam ſi ſine licentia tranſit: poteſt reuocari a priori: vt.vij.q.j.non oportet.et.c.ſi qui vero. Uel ad cautelam epiſcopus cōuendet ei ſecūdam eccleſiam: vel det ei ſub conditione ſi poterit obtinere diſpenſationem, et adde quod dixi.lxx.diſtin.ſanctorum.

Epi an poſſunt circa beneficiorū pluralitatē diſpenſare.

iij.ps.

Reſpōſio ſcd̄e queſtionis.

† Scilȝ decret. de multa. ſȝ aliud eſt trāſferri authoritate ſuperioris. bene et canonice ſoluit: nā hec ſentētia inuenit̄ ī canonibus.vij q.j. mutatiōes

b ¶ Siue ſub eccleſia. id eſt ſiue prior eccl̄ia fuerit monaſteriū: ſiue parochia ⁊c̄. nil ſe intromittat ammodo de negocijs prioris eccleſie.

¶ Aliud. ¶ Caſus. Soluit Gratianus predictam contrarietatem: dicens q aliud eſt transferre authoritate prelati: ⁊ aliud propria temeritate tranſire. primum permittitur: ſecundum prohibetur. Poſtea oſtendit q ſicut duabus eccleſijs vnus preponi non debet: ita vna eccleſia duos prelatos habere non debet. et ad hoc inducit ſequens capi.

¶ Sicut. ¶ hec eſt.iij.pars queſtionis ſm Jo.de fan.

SIcut. ¶ Caſus. Quedam eccleſie duos habebant prelatos: quod cum relatum eſſet in Remēſi concilio: ſtatuit concilium vt hoc decetero non fiat: ſed vna queq; proprium habeat prelatum: quia ſi aliter fiat, eccleſia nō reputabit̄ ſponſa vel vxor: ſed potius ſcortum: que ſponſa eſt ante corporalem adminiſtrationem: vxor vero poſt adminiſtrationem, eius ſcilȝ preſbyteri. Que aūt poſtea vſq; ad q̄ſtionē ſequūtur: plana ſunt per ſe.

c ¶ Non poteſt. Supra.xvj.qō.j.ne pro cuiuſlibet. extra de fi.preſby.propoſuit. contra.viij.q.j.illud. Sed plu

res poſſunt eſſe in eadem eccleſia:ſed tantum erit vnus prelatus.
a ¶ Diuidere. ita ꝙ vna maneat. Sed ſi eſt eccleſia vel prebenda abūdans:de ea bene poteſt epiſcopus facere plures eccleſias vel prebendas : dum tamen eccleſie non ſint ſub eadem limitatiōe: vt xvj.q.j.plures. ſicut de vna prouincia fiūt plures: vt x.diſtinc.lex imperatoꝝ. et.cj.diſtin. puenit. et de duabꝰ eccleſijs fit vna vt extra de exceſ. prela.ſicut. ecōtra de vna due. vt extra de eccľ.edi.ad audientiam. Jo.

Eccľia abundans p epm in plures diuidi poteſt.

gocia tribus modis. Uno modo ſi aliquid ematur vt carius vendatur:et hoc non licet. De hoc tractaẗ.lxxviij. diſtin.per totum. Quandoqꝫ idem eſt ꝙ exercere cauſas ſeculares : et illud etiam nō licet clericis niſi pro certis perſonis.extra de poſtu.ca.j. Quandoqꝫ idem eſt qđ eſſe procuratoꝛ rerum ſecularium ſiue adminiſtratoꝛ: nec illud licet clericis.extra ne cleri. vel mona.ca.ij. et ca.ſꝫ nec. Quandoqꝫ idē eſt quod conducere poſſeſſiones a laicis. hoc nō eſt interdictum eis quando indigent:qꝛ hoc etiam licet monachis : vt extra de deci.dilecti.

Clerici an poſſint negocia ſecularia exercere.

presbyteros : ſed vnum tantūmodo habebit ſacerdotem: qui eaꝫ caſte et ſyncere regat. Unde interdicimus vt nullus preſumat eccleſiā inter duos vel plures diuidere[a] : quia eccleſia Chriſti vxoꝛ ꝛ ſpōſa debet eſſe, nō ſcoꝛtum: ſicut Calixtus papa teſtatur.

Conductitijs[b] quoqꝫ preſbyteris eccleſia committi nō debet. Unde Innocen.ij.

¶ Conductitijs pbřis eccleſia non committatur.

Recipimus etiam ne conductitijs[c] preſbyteris eccleſia committatur : ſed vnaqueqꝫ eccleſia cui facultas ſuppetit, ꝓpꝛium habeat ſacerdotem.

¶ Queſtio.iij.

Quod autē[d] clerici ſecularium negocioꝝ procuratores eſſe non valeāt authoꝛitate Carthagineñ. concilij pꝛimi probatur : in quo Nicolaus papa epiſcopis caſtilianis dixiſſe legitur. Palea.

Peruenit in ſanctam ſynodum, quia de eis qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam maioꝛum poſſeſſionum cōductiones ꝛ ſeculares cauſas ſuſcipiant : et ſeipſos quidem a miniſterijs ſanctis per deſidiam ſeparent : ad domos autem ſecularium cōcurrant: et ſubſtantiarum eoꝛum gubernationes auaritie cauſa ſuſcipiant. Decreuit igitur ſancta ſynodus neminē deinceps eoꝝ: hoc eſt nō epm ſiue clericū aut monachū cōducere poſſeſſiones: aut miſceri ſecularibꝰ ꝓcuratiōibꝰ, niſi foꝛte q̄ legibꝰ ad minoꝝū etatum tutelas ſiue ꝓcurationes inexcuſabiles attrahantur : aut cui ipſius ciuitatis eṗs eccleſiaſticarū rerum cōmiſerit gubernacula: vel oꝛphanoꝝ aut viduarū q̄ indefenſe ſunt: aut earū perſonarū q̄ maxime eccleſiaſtico indigent adminiculo propter timoꝛem dei. Si q̄s vero tranſgreſſus fuerit hec ſtatuta coꝛrectioni eccleſiaſtice ſubiaceat. Item ex cōcilio Carthagiñ. pꝛimo Nicolaus epiſcopus caſtilianis † dixit.

¶ Qui clero annexi ſunt, ſecularium poſſeſſionum procuratoꝛes non fiant.

Credo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati veſtre: et diſplicere vobis vt qui ſeruiunt deo: et annexi ſunt clero, accedant ad actiones[e] ſeu adminiſtratiōes[f] vel ad procurationes domoꝛum[g] ſeculariū. Gratianus epiſcopus dixit: apoſtoloꝛū ſtatuta ſunt que dicunt. Nemo militans deo: implicat ſe negocijs ſecularibus. pꝛoinde aut clerici ſint ſine actionibus domoꝛum : aut[h] actoꝛes ſine officio clericoꝛū. Uniuerſi dixerunt : Hoc obſeruemus.

Item ex concilio Carthagineñ.iiij. ¶ De eodem.

Placuit vt epī, pſbyteri et diaconi : vel quicūqꝫ clerici nō ſint ꝯductoꝛes[i] aut

iiij.ps.
b ¶ Cōductitijs. iiij.pars.q.ſm Jo. de ſan.

Pbři cōductitij q̄ dicūẗ
c ¶ Recipimꝰ. ¶ Cōductitijs. Conductitios appellat eos q̄bus pꝛo certo pꝛecio cōmittitur cura animaꝝ. hoc enim eſt iniquum : vt extra ne pre. quoniam. alı's ſi pꝛelatus aliquis alicuiꝰ eccleſie habeat ſecū ſacerdotem ſub annuo cenſu. non eſt iniquum: et ſi peregre vadit : et pro certo p̄cio interim aliquē cōducit. poteſt ergo quis conducere operas ſacerdotis alicuius, etiā vſqꝫ ad ſeptēniuꝫ. extra ne pꝛe. vices ſuas. querelam. ſed non regimen animaꝝ: † vt extra eo. titu. quoniā. Uel dic conductitios pbřos appellari vicarios: qꝛ per vicarios nō dꝫ q̄s regere eccľiam: vt ex̄ de cle. non reſiden. qꝛ nonnulli.

† Uide qđ not. ꝫ.j.q.ōe iij.i pn. ·§· his ita.

Quod autem ¶ Caſꝰ. Hic intitulatur tertia queſtio, qua queritur an clerici poſſint eſſe procuratores negocioꝝ ſeculariū? et dꝛ ꝙ nō: vt ꝓbatur per ſequētia. negocia tñ miſerabiliū perſonarū gerere pñt: vt. lxxxviij. diſtin. c.j.
d ¶ Quod autē. Hec queſtio expedita eſt ſupra. xv.q. ij. in ſumma. Dicitur enim quis exercere ſecularia ne-

Credo. ¶ Caſus. Statutum fuit in concilio Carthaginenſi vt clerici non ſint adminiſtratoꝛes, vł ꝓcuratoꝛes domoꝝū ſecularium. Et hoc pꝛobaẗ authoꝛitate apoſtoli dicētis: Nemo militans deo ꝛc. Ad actiones, cauſarū. Aut, pꝛo et : et ſic vtrobiqꝫ exponas.

† Alias cuiſtia nus.

e ¶ Ad actiones. ſcꝫ cauſarum.
f ¶ Seu adminiſtrationes. ſcilicet rerū ſecularium.
g ¶ Domoꝛuꝫ. id eſt familias laicoꝛum: vt procurent laicoꝛuꝫ familiam in victu.
h ¶ Aut. Nō itelligas ꝙ eis detur optio: ſꝫ iſtud aut, ponitur cōminatiue. ſic poniẗ. lxxxviij. diſtinct. conſequens. et. xlv. diſt. diſciplina. Joā. de ſan.

ij. Ti. ij.a.

Placuit. Caſus. Statuitur in ca. iſto vt clerici non ſint conductoꝛes vectigaliū : nec procuratoꝛes domoꝛum ſeculariū: nec aliquo modo turpi lucro inhereant. Et hoc pꝛobatur authoꝛitate Pauli dicentis: Nemo militans ꝛc̄.
i ¶ Conductoꝛes. fiſci ſcilicet : vt ipſi pꝛeſtent tributum et vectigal. eccleſia enim non debet recipere poſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN